



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXIV. Plauti Stichus emendata locis duobus, vno Trinumus. item
Titinnius leniter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Ne enim illi confugere huc possint, quæstioni quædam,
Hic ego tibi præsidebo: ne interbitet quæstio.

CAPVT XXIV.

Plauti Stichus emendata locis duobus, vno Trinummus, vno
Titinnius leniter.

STICHO, Scæna Mercurius Iouis:

Heram ex errore eximiam, benefacta maiorum meorum.

Exaugeam, atque illam augeam ex insperato à portu meo.

Verba postrema vitij manifesta sunt: emendo, non

erato à portu bono: vel, si mauis litterarum ductum

qui, ob portum bono. Bonum ob portum est: quod

portu est. Ob enim antiquè significat ad. Ennius

Ob Romam noctu legiones ducere cepit.

Ad autem in loco motum sæpe significat, Rudens

Neque quini lenonem ad portum prebendere.

Alterum tamen magis probant, quæ infra sequuntur

Dinacij verba:

— ita celeritè in curriclo

Properè à portu tui honoris caussa. P. A. ecquid apparet
boni?

Mox, Eadem Scæna:

Commodum radiosus sol esse superabat è mari.

Rectum opinor esse, sol sese superabat è mari. Super

bat pro tollebat ἐπεσυντῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἕως. Ita penetrat

se in domum idem Plautus, emigrare se aditibus

xit Titinnius. sic enim eius verbum emendo apparet

Nonium in Seniam: — quot pestes, iurgia, fœda

Sesemet hisced emigrarunt adibus.

Et plurimis locis apud Plautum sese & esse locum

inuicem mouerunt. ita quod editur Trinumo loco

prima:

Indig

Indignum ciuitate hac esse viuere,
 nemo dubitabit, saltim non imperitissimus, rectè à
 te emaculatum,
 Indignum ciuitate ac sese viuere.

CAPVT XXV.

M. Varro quinto De lingua Latina emendatus.

MIRVM est quantulum mendum quantas saepe
 in bonos libros inuehat. vel hunc locum M.
 Varronis libro De lingua Latina quinto quis hacte-
 nus intellexit? Nam Flamen Dialis auspicatur vinum
 ut ius sit vinum legere, agna Ioui facit: inter cuius exta &
 Flamen prorsus vinum legit. Omnes certè ante
 me acciperunt iussisse Flaminem vinum legi, tum
 Ioui fecisse: quo nihil à sententia Varronis alie-
 nis, & manifesto arguunt vanitatem sequentia. Sed
 leuissimam erroris causam: syllabæ duæ coale-
 runt, quibus diuisis non meridiè clarior lux est, quàm
 huius loci sententia. Lego, & ut ius sit vinum legere. Ut
 faciat, inquit, & ius fasque sit vinum legere, flamen
 Iouis agna Ioui facit; tum ipse inter exta erectus vin-
 dicem auspicatur.

C IANI